

4
123

nes in novum, secundum veteres ^{divorum} ~~sanctorum~~ principum sancio-
nes.

[6.] Item quia consuevit frequenter accidere, quod apodixæ,
per iusticiarios collectoribus et aliis pecuniam tibi pro parte
curie solventibus simpliciter factæ, nulla alia cautela, nisi
tantum sigilli ipsius iusticiarii appositione munite, falsi-
ficantur, vel per sigillum appositum vel per aliud communite
de novo confectum, et aliquando contra eos apodixæ aliæ fa-
bricantur, appositis in eis sigillis huiusmodi, per ~~quod~~
quas apparet, maiorem et aliam, quam receperunt, quan-
tatem pecunie recepisse, ex quo curiæ frequenter leditur,
et ipsi iusticiarii in talibus innocentes infamie macula
nequiter resperguntur; ut huiusmodi maleficiis obvietur,
de omni pecunia, quam ex predictis vel aliis quibuscunque
causis pro parte curiæ tui officii ratione receperis, statim
ea recepta de omnibus et singulis pagis et solutionibus,
nullas, ut hactenus, cedulas faciendo nec etiam expec-
tato, quod de multis et diversis solutionibus una fieri
debeat apodixæ, statim de recepta pecunia eam assig-
nandis tuis, etiam non requiritibus, per manus
tui actorum notarii infra diem receptionis ipsius debi-
tam fieri facias apodixam, quam idem notarius, ap-
posito nomine suo in conclusione ipsius, scripsisse ma-
nu propria fateatur. que postmodum, sigillo tuo, sub-
scriptone tui iudicis et consueto signo tuo roborata,
ei, qui solverit pecuniam, assignetur, te pro appo-
sitione sigilli, iudice pro subscriptione et notario pro
scriptura ipsius apodixæ nichil penitus recepturis, om-

3/4. Hag
notarius in 11. 15